

netur: *Uacat prologus iste qui non debet esse; agitur vero de Praeloquio quodam ante Paulinas, in quo hae recensentur et ultimo loco illa etiam, quae ad Laodicenses fertur. Ita etiam fol. 323. p. 2. Apocalypsi in margine adjecta est Gilberti Piſtav. Praefatio, quae in Bibliis gloss. praesto est.*

XIII.

U. 4 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 473. f. min. per duas columnas minutius, ast nitide perscriptus, rubricisque insignis *Biblia* continet U. T. e Versione vulgata, quorum *Παγεγυα* sub finem edifferam. Est vero hic Librorum Ordo: *Pentateuchus, Josue, Judices, Ruth, IV. Regum, II. Paralipomenon, Prophetiae majores et minores, iterum Ruth, Esdras et Nehemias, Tobias, Judith, Esther, Job, Psalterium, Libri Salomonis, Sapientia, Ecclesiasticus, II. Machabaeorum. IV. Evangelistae, Pauli Epistolae, Actus Apostolorum, Epistolae Canonicae et Apocalypsis.* Libri hi Prologis *Hieronimianis*, aut aliis notis Argumentis instructi sunt, et hinc inde in margine secundis curis subpleti aut reſecti. *Psalterium* a recentiore manu perperam inscriptum est: *centum quadraginta psalmodum a beato Hieronimo de hebreo in latinam linguam translatum; versio enim, ut dictum, vulgata est. Psalmi diversos titulos mysticos praeferunt. Ecclesiastico subjuncta est absque titulo Oratio Salomonis e III. Reg.*

8. 23. Testimonium triplex I. *Job. 5.* ita habet: *Quia tres sunt qui testimonium dant Spiritus et aqua et sanguis; et tres unum sunt. Sed ro et tres unum sunt, transfixum est, et in margine jubetur pro Quia legi Quoniam, et post testimonium dant a recentiore calamo inferi: in celo. pater. uerbum. et spiritus sanctus. et hii tres unum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra.* Jam autem, quae *Παγεγυα* dixi, ante *Biblia* quidem partim coeva, partim subpari manu haec sunt: Index sacrorum Librorum, Liber *Baruch*, Index Epistolarum et Evangeliorum per annum in Ecclesia legi solitorum, ad cujus calcem: *Hunc Librum pro collegio ducali dedit honorabilis vir Antiquus Magister forestarum (der alte Forstmeister) domini ducis Alberti Tercij (cum Trica, ✠ 1395.) cui dominus in eterna Patria retribuere dignetur; Recensus Capitum Bibliorum, Prologus Hieronymi dictus galeatus, qui, ut monetur, habet locum ante principium Librorum Regum, Secundus Liber Esdrae, id est, Tertius apocryphus, Oratio Manassis hic tantum inscripta: Post secundum paralipomenon, Praefatiunculae in Prophetas minores, prout habentur in Bibliis glossatis, usque ad Sophoniam. Post Biblia Adparatus iste ita continuatur: Nomenclator biblicus vocum hebr. et graec. Praefatiunculae in Prophetas reliquos minores, Rabani ad Geroldum in Machabaeos, Origo dauid regis prophetie psalmodum &c. Epistola Pauli spuria ad*

laodicenses, Praefatio in Apocalypsin, quae est *Gilberti*, demum Psalmus ille *CLI. Pusillus eram* &c. cui bene praemisit Miniator: *Hic psalmus in hebraicis codicibus non habetur, sed nec a septuaginta interpretibus est et ideo repudiandus.*

XIV.

R. 1114 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 590. 4. maj. per duas columnas angustas, ita ut amplissimi sint margines, nitidissime exaratus, illibatus, frontibus Librorum, et initiorum literis deauratis, picturatisque et olim Collegii S. J. *Vindobon.* sacra vulgatae Versionis exhibet *Biblia Prologis Hieronymianis* pro more munita. Literam primam *Geneseos* septem primos Univerfi dies ferie perpendiculari gestantem Senecio humeris sustentat, tantoque oneri vix par exclamat: *O quam graue fero pondus! Succurrite queso. Ad Librum II. Esdrae* in ora supera *Esdras* et *Neemias* praefertur,

O tu lector quotiens ibesum reuoluis ore Te deprecor totiens exora pro scriptore.

O flos scriptorum salue benenate magister.

Nunquam tetrorum te terreat ordo sinister.

Quis hic *Magister*? Accedit nota Interpretatio Vocabulorum hebr. et graec. ab alia, *συνυχογραφ* tamen et aequae munda manu.

XV.

U. 58 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 411. 4. per duas columnas eleganter exaratus, et

et *Libro III. Esdrae* a prima manu rite datus erat numerus III. sed inepte sedulus quispiam extremam unitatem ubique eradere conatus II. fecit. *Psalterii* singularis est ratio; non enim tantum Psalmi, sed Versus omnes a litera majuscula picta incipiunt. Verum solae primae Versuum voces integre scriptae sunt, sequentes aut prima solum syllaba, aut etiam litera indicantur, v. g. *Confitebor t. d. i. to. c. m.* id est: *tibi domine in toto corde meo.* Lectoribus itaque, qui Psalmos memoria tenerent, Librarius noster scripsit. *Salomonis Libellis* subjunxit *Orationem* illam e *L. III. Reg. c. 8.* et *Paralip. II. c. 6.* quam non jam semel in aliis Exemplis notavi. Prima cujusvis Evangelistae Litera ipsum stantem, sed *Marcum* leonino, *Lucam* vitulino, *Johannem* aquilino capite repraesentat. *I. Job. c. 5.* ad testimonium terrestre deest: *Et hi tres unum sunt.* Ad calcem *Apocalypseos* haec:

coloribus distinctus, olim *Job. Gremperii* amanuensis *Cuspiniani* nostri, literati hominis, ut e *Schemate* a me in *Memorab. Bibl. Gall. P. I. p. 196.* descripto et hic *Thecae* anteriori adglutinato liquet,